



F

Ranciscus ex Roetilensi dominio iuxta Basileam in pago Lerach Anno circiter 1465 natus est. Is cum felici ingenio esset praeeditus, bonis literis operam Basileæ dedit, & in Academiæ gremiū receptus, in artium studio adeò profecit, ut omniū cōsensu liberalium artium Magister crearetur. Cum hoc modo egregie profecisset, Basileæ ad S. Martini scholæ praefectus iuuentutem instituit, & meliores autores explicauit. Postea uero in Sueiam progressus, monachorum ordini se se coniunxit, ut et studijs et religioni commodius incūberet. Cum autem paulo post per Lutherum in Saxonia, & Zwinglium in Heluetia Euangelij doctrinā promulgaretur, ipse eandem amplexus ordinem reliquit, & in Heluetiam rediijt. Erant tum præstantes aliquot uiri Bernæ, qui hunc Franciscum ob erudititudinem & uitæ integratatem amarēt, atq; ad se Bernam pellicerent. Ibi cum esset, concionibus præficitur. Tum uero publicè Euangeliū docuit, atq; uarias pontificiorum superstitiones taxauit. cum autem alijs resisterent, atq; hanc nouam doctrinā improbarent, Magistratus iusliu Berne 1527 publica disputatio fuit in dicta. In ea Franciscus præsedidit, atq; sua eruditione reliquos confutauit. Itaq; eius potissimum instructu potens illa respublika religionem mutauit, atq; Euangelij doctrinam suscepit. Cum hoc modo uitia hominum redargueret, & saluatorem Christum ostenderet, anno ætatis 70, salutis uero 1535 Bernæ obiijt, & honeste sepultus fuit. Anon.